

FÁBULAS DE FEDRO⁴⁷⁷

1. VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO

Numquam est fidelis cum potenti⁴⁷⁸ societas;
 testatur haec fabella propositum meum.
 Vacca et capella et patiens ovis iniuriae⁴⁷⁹
 socii fuere⁴⁸⁰ cum leone in saltibus⁴⁸¹.
 Hi cum cepissent⁴⁸² cervum vasti corporis,
 sic est locutus⁴⁸³ partibus factis⁴⁸⁴ leo;
 “Ego primam tollo; nominor quia rex mea est⁴⁸⁵;
 secundam, quia sum socius, tribuetis mihi;
 tum, quia plus valeo, me⁴⁸⁶ sequetur tertia;
 malo adficietur si quis quartam tetigerit”⁴⁸⁷.
 Sic totam praedam sola improbitas abstulit.
 (Fedro. 1, 5).

⁴⁷⁷ Poeta latino del s. I d. de J.C. nacido en Pieria, Macedonia. Hijo de esclavos, fue a su vez esclavo de Octavio Augusto, quien le concedió la libertad por sus buenas costumbres. Escribió cinco libros de *Fabulae*. Fue el introductor de la fábula en la literatura latina. Se diferencia de Esopo, de quien tomó la mayor parte de los temas, por su espíritu satírico y por mezclar escenas contemporáneas con mitos y alusiones personales.

⁴⁷⁸ *potenti...* *vid. supra* §8, 5.

⁴⁷⁹ *ovis patiens iniuriae...* oveja que ha sufrido una lesión.

⁴⁸⁰ *fuere...* 3a. pers. pl. perfecto de indicativo del verbo *sum*.

⁴⁸¹ *in saltibus...* en los bosques, desfiladeros, selvas.

⁴⁸² *cepissent...* Verbo en subjuntivo, regido por *cum*.

⁴⁸³ *est locutus* = *locutus est*.

⁴⁸⁴ *partibus factis...* (Ablativo absoluto).

⁴⁸⁵ *mea est...* Ordénese así: *mea est quia nominor rex*.

⁴⁸⁶ *me...* Complemento de *sequetur*. (Acusativo).

⁴⁸⁷ *tetigerit...* Verbo regido por *si*.

2. VULPES AD PERSONAM TRAGICAM⁴⁸⁸

Personam tragicam forte vulpes viderat:
 “O quanta species”⁴⁸⁹ inquit “cerebrum⁴⁹⁰ non habet!”
 Hoc illis dictum est quibus honorem et gloriam
 Fortuna tribuit, sensum communem abstulit⁴⁹¹.
 (Fedro. 1, 7).

3. RANAE AD SOLEM

Vicini furis celebres vidit nuptias
 Aesopus et continuo⁴⁹² narrare incipit:
 uxorem quondam Sol cum vellet⁴⁹³ ducere⁴⁹⁴,
 clamorem ranae sustulere⁴⁹⁵ ad sidera.
 Convicio permotus quaerit Iuppiter
 causam querelae. Quaedam tum stagni incola:
 “nunc”⁴⁹⁶ inquit “omnes unus⁴⁹⁷ exurit lacus⁴⁹⁸
 cogitque miseras⁴⁹⁹ arida sede emori.
 Quidnam futurum est si crearit⁵⁰⁰ liberos?”
 (Fedro. 1, 6).

⁴⁸⁸ *personam tragicam*. Una máscara de tragedia. Las máscaras de farsa cubrían toda la cabeza y ofrecían a la vista el aspecto de una cabeza entera.

⁴⁸⁹ *species*... Apariencia, hermosura.

⁴⁹⁰ *cerebrum*... juicio.

⁴⁹¹ *abstulit*... Se sobreentiende la partícula adversativa *sed*.

⁴⁹² *et continuo*... y en seguida.

⁴⁹³ *vellet*... Verbo en subjuntivo introducido por la conjunción *cum*.

⁴⁹⁴ *uxorem*... *ducere*... Vid. Antol. n. 665.

⁴⁹⁵ *sustulere*... 3a. pers. pl. Pretérito perfecto del verbo *suffero*.

⁴⁹⁶ *nunc*... Ordénese así: *unus nunc exurit omnes lacus*.

⁴⁹⁷ *unus*... Se refiere al sol.

⁴⁹⁸ *omnes*... *lacus*... (Acusativo plural).

⁴⁹⁹ *miseras*... Entiéndase *nos*.

⁵⁰⁰ *crearit* = *creaverit*.

4. CANIS FIDELIS

Repente⁵⁰¹ liberalis⁵⁰² stultis gratus est,
 verum peritis inritos⁵⁰³ tendit dolos⁵⁰⁴.
 Nocturnus cum fur panem misisset cani
 obiecto temptans⁵⁰⁵ an cibo posset capi⁵⁰⁶:
 “Heus” inquit “linguam vis⁵⁰⁷ meam praecludere,
 ne latrem⁵⁰⁸ pro re⁵⁰⁹ domini? Multum falleris,
 namque ista subita me iubet benignitas
 vigilare facias⁵¹⁰ ne mea culpa⁵¹¹ lucrum”.
 (Fedro. 1, 23).

5. APES ET FVCI VESPA IVDICE⁵¹²

Apes in alta fecerant quercu favos;
 hos fuci inertes esse dicebant suos⁵¹³.
 Lis ad forum deducta est⁵¹⁴ vespa iudice.
 Quae genus utrumque⁵¹⁵ nosset cum⁵¹⁶ pulcherrime,
 legem duabus hanc proposuit partibus:
 “Non inconueniens⁵¹⁷ corpus et par est colos,

⁵⁰¹ *Repente... est.* Ordénese así: *Liberalis repente est gratus stultis.*

⁵⁰² *liberalis...* liberal, generoso.

⁵⁰³ *inritos* = *irritos*: inútiles.

⁵⁰⁴ *dolos...* engaños.

⁵⁰⁵ *temptans...* procurando.

⁵⁰⁶ *obiecto... capi...* Ordénese así: *temptans an posset capi cibo obiecto.*

⁵⁰⁷ *vis...* 2a. pers. sing. Presente de indicativo del verbo *volo*.

⁵⁰⁸ *latrem...* Verbo en subj. con matiz final, introducido por *ne*.

⁵⁰⁹ *pro re...* por la hacienda.

⁵¹⁰ *facias...* Ordénese así: *ne facias lucrum mea culpa.*

⁵¹¹ *culpa...* *Vid. supra* n. 13.

⁵¹² *vespa iudice...* Siendo juez una avispa. (Ablativo absoluto).

⁵¹³ *hos... esse... suos...* que esos eran suyos. (Oración completiva).

⁵¹⁴ *lis ad forum deducta est...* Expresión similar a *res in iudicio deducta est*, la cual significa, jurídicamente, que el litigio se ha llevado ante un juez.

⁵¹⁵ *genus utrumque...* Se refiere al género de las abejas y al género de los zánganos.

⁵¹⁶ *nosset cum... cum nosset.*

⁵¹⁷ *inconueniens...* diferente.

in dubium plane res ut merito venerit⁵¹⁸.
 Sed ne⁵¹⁹ religio peccet inprudens mea,
 alvos accipite et ceris opus infundite,
 ut⁵²⁰ ex sapore mellis et forma favi,
 de quis nunc agitur⁵²¹, auctor horum appareat”.
 Fuci recusant, apibus condicio placet.
 Tunc illa hac litem sustulit⁵²² sententia⁵²³:
 “Apertum est quis non possit aut consueverit,
 quapropter apibus fructum restituo suum”.
 Hanc praeterissem fabulam silentio,
 si pactam fuci non recusassent fidem.
 (Fedro. 3, 13).

6. OVIS CERVVS ET LIPVS

Fraudator homines cum⁵²⁴ advocat sponsum⁵²⁵ improbos,
 non rem expedire, sed nos induere⁵²⁶ expetit.
 Ovem rogabat cervus modium⁵²⁷ tritici
 lupo sponsore⁵²⁸. At illa praemetuens dolum:
 “Rapere atque abire⁵²⁹ semper adsuevit lupus,
 tu de conspectu fugere⁵³⁰ veloci impetu;
 ubi vos requiram cum dies advenerit?”
 (Fedro. 1, 16).

⁵¹⁸ *ut...venerit...* Oración subordinada final.

⁵¹⁹ *ne...* Introduce oración subordinada final.

⁵²⁰ *ut...* Introduce oración final.

⁵²¹ *de quis agitur...* Acerca de los cuales se litiga. Originalmente el verbo *ago* se refería a la asesoría que prestaba el jurisconsulto a un litigante, pero posteriormente adquirió el sentido de actuación en un proceso.

⁵²² *litem sustulit...* resolvió el litigio.

⁵²³ *hac... sententia...* (Ablativo).

⁵²⁴ *cum...* Con verbo en indicativo se traduce como “cuando”.

⁵²⁵ *sponsum...* Supino del verbo *spondeo*, con matiz final.

⁵²⁶ *expedire... induere...* Infinitivos completivos del verbo *expetit*.

⁵²⁷ *modium...* Modio, medida para granos usada en la antigua Roma, equivalente a un tercio de ánfora, o sea a poco más de 8.5 litros.

⁵²⁸ *lupo sponsore...* (Ablativo absoluto).

⁵²⁹ *rapere... abire...* Infinitivos completivos del verbo *adsuevit*.

⁵³⁰ *fugere...* Infinitivo completivo del verbo sobreentendido *adsuevisti*.

7. LVPVS ET VULPES IVDICE SIMIO⁵³¹

Quicumque turpi fraude semel innotuit,
 etiam si⁵³² verum dicit amittit fidem.
 Hoc adtestatur brevis Aesopi fabula.
 Lupus arguebat vulpem furti crimine⁵³³:
 negabat illa se esse⁵³⁴ culpae noxiam⁵³⁵.
 Tunc iudex inter partis sedit simius.
 Vterque causam cum perorassent⁵³⁶ suam,
 dixisse fertur⁵³⁷ simius sententiam:
 “Tu non videris perdidisse⁵³⁸ id quod petis;
 te credo subripuisse⁵³⁹, quod pulchre negas”.
 (Fedro. 1, 10).

8. AESOPVS ET SERVVS PROFUGUS⁵⁴⁰

Servus profugiens⁵⁴¹ dominum naturae asperae
 seni occurrit notus e vicinia⁵⁴².
 “Quid⁵⁴³ tu confusus?” Dicam tibi clare, pater
 (hoc namque es dignus appellari nomine⁵⁴⁴),
 tuto⁵⁴⁵ querela quia apud te deponitur.
 Plagae supersunt, desunt mihi cibaria;
 subinde ad villam mittor sine viatico;

⁵³¹ *iudice simio...* (Ablativo absoluto).

⁵³² *etiam si...* aun si.

⁵³³ *crimine...* (Ablativo regido por el verbo *arguebat*).

⁵³⁴ *se esse...* Oración subordinada de infinitivo, donde el sujeto es *se* (Acusativo).

⁵³⁵ *culpae noxiam...* reo de culpa.

⁵³⁶ *cum perorassent...* La conjunción *cum* introduce una oración temporal causal.

⁵³⁷ *fertur...* se cuenta, se dice que. (Forma impersonal).

⁵³⁸ *perdidisse...* Infinitivo pasado del verbo *perdo*, pues su acción es anterior a *videris*.

⁵³⁹ *subripuisse...* Infinitivo pasado del verbo *subripio*, completivo del verbo *credo*.

⁵⁴⁰ *servus profugus...* Aquí Fedro trata sobre el esclavo fugitivo.

⁵⁴¹ *profugiens...* Participio presente del verbo *profugo*.

⁵⁴² *e vicinia...* Ordénese así: *Servus notus e vicinia profugiens dominum*.

⁵⁴³ *Quid...* ¿Por qué?

⁵⁴⁴ *nomine...* (Ablativo regido por el verbo *appellari*).

⁵⁴⁵ *tuto...* sin peligro. (Adverbio).

dominus domi⁵⁴⁶ si⁵⁴⁷ cenat, totis persto noctibus,
 sive est vocatus, iaceo ad lucem⁵⁴⁸ in semita;
 emerui libertatem, canus servio
 (ullius essem⁵⁴⁹ culpa mihi⁵⁵⁰ si conscius,
 aequo animo ferrem⁵⁵¹); numquam sum factus satur⁵⁵²
 et super infelix saevum patior⁵⁵³ dominium.
 Has propter⁵⁵⁴ causas et quas longum est promere⁵⁵⁵
 abire destinavi quo tulerint pedes.
 “Ergo” inquit “audi: cum mali nil⁵⁵⁶ feceris
 haec experiris, ut refers, incommoda;
 quid si peccaris? quae te passurum⁵⁵⁷ putas?”
 Tali consilio⁵⁵⁸ est a fuga deterritus.
 (Fedro. App., 20).

9. EQVVS ABACTVS

Equum ex quadriga multis palmis nobilem
 abegit quidam⁵⁵⁹ et in pistrinum vendidit.
 Productus ad bibendum⁵⁶⁰ cum foret⁵⁶¹ a molis,
 in circum aequales ire conspexit suos⁵⁶²,

-
- ⁵⁴⁶ *domi...* en casa. (Locativo de *domus*).
⁵⁴⁷ *si...* Ordénese así: *si persto domi totis noctibus, dominus cenat*.
⁵⁴⁸ *ad lucem...* hasta el amanecer. (*Ad* con acusativo indica término).
⁵⁴⁹ *si... essem...* Ordénese así: *si mihi essem conscius ullius culpa*. (Prótasis de la oración condicional).
⁵⁵⁰ *mihi...* (Dativo posesivo).
⁵⁵¹ *ferre...* Apódosis de la oración condicional *si essem*.
⁵⁵² *satur...* Predicativo de *factus sum*.
⁵⁵³ *patior...* padezco, soporto. (Verbo deponente).
⁵⁵⁴ *propter...* (Preposición de acusativo) Ordénese así: *propter has causas*.
⁵⁵⁵ *promere...* (Infinitivo). Sujeto del verbo *est*.
⁵⁵⁶ *nil* = *nihil*.
⁵⁵⁷ *passurum*: Infinitivo futuro del verbo *patior*, que depende del verbo *putas*.
⁵⁵⁸ *tali consilio...* (Ablativo de instrumento).
⁵⁵⁹ *quidam...* Ordénese así: *Quidam abegit equum nobilem ex quadriga*.
⁵⁶⁰ *ad bibendum...* Oración final.
⁵⁶¹ *foret...* arcaico del verbo *sum*. (Imperfecto subjuntivo).
⁵⁶² *aequales suos...* Sujeto en acusativo del verbo *ire*.

ut⁵⁶³ grata ludis redderent certamina.
Lacrimis obortis⁵⁶⁴: “Ite felices” ait;
“Celebrate sine me cursu sollemnem diem;
ego⁵⁶⁵ quo scelestas furis abstraxit manus,
ibi sorte tristi fata deflebo mea”.
(Fedro. App., 21).

⁵⁶³ *ut...* Introduce una oración subordinada con el verbo *redderent* en subjuntivo.

⁵⁶⁴ *lacrimis obortis...* (Ablativo absoluto).

⁵⁶⁵ *ego...* Ordénese así: *ibi ego deflebo fata mea sorte tristi*.